

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[90\] : De Theseo](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - X [90] : De Theseo

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[90\] : De Theseo](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII**

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 09 : De Theseo](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[90\] : De Thesee](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[90\] : De Thesee](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s) Grec ancien

Pagination 301r°-301v°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Thésée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

---

moderatus usus fuerit, qui impuris cupiditatibus obtemperarit, qui manus in res alienas violenter iniecerit, qui temperantia & æquitate in rebus omnibus uti oportere non cognouerit, hic per summum dedecus patriam, facultates, penates, liberos, uxorem relinquere cogitur, & extorris ac inops inter ignotos denique vitam degit.

*De Harpyis.*

**NEQVE** per Typhona solū vim ventorum antiqui explicare nitebantur, sed etiam per fabulam Harpyiarum. nam sicuti fluviorum, fontium, imbrumq; natura per Naiades ac nymphas; per Iouem vi ignea, & pars aeris superior; per Neptunū aqua; per Vestam terra, per Iunonem inferiore aëris pars; sic per Harpyias vis & natura ventorum significata est ab antiquis. fuerunt enim filie Thaumantis & sorores Iridis, quoniam imbres & nubes & venti ex eadem materia è vaporibus scilicet procreantur.

*At Ethicè.*

Significabant præterea per hanc fabulam auaritiam & immoderatum opū desiderium tanquam graue supplicium mortalibus esse immisum Deorum consilio. nam vel sibi ipsi, vel cæteris hominibus aurum crudelem esse necesse est; quod in comparandis opibus auarus per multorum iniurias accumulæ, aut sibi detrahit necessaria; cur enim oculis captus fuit Phineus, cui Harpyiæ epulas surripiebant? quia non videbat humanam conditionem vitæ intra angustissimos terminos includi, paucisq; esse contentam, atque id etiam confirmatur per Harpyiarum formam.

*De Hesperidibus.*

**HAESPERIDVM** fabula excogitata fuit ab antiquis ad rerum astromonicarum rationem explicandam, per quam & orientis obliquitatem significabant, quæ erit omnibus hominibus, præterquam habitantibus sub æquinoctiali, & sydera solis lumine per diem occultari; at Herculem tamē perceptam siderum etiam illorum, quæ occultabantur, cognitionem in Græciam detulisse. quod quidam ad studium auarorū transferendum censuerūt.

*De Atalanta.*

**VT** vero ante oculos mortalium proponerent quantopere insanunt illi, qui voluptatum ductu se trahi patiuntur, Atalantam per summum capitis discrimen a nonnullis pretitam fuisse dixerunt. Est enim voluptas Atalanta, quam non per pauca vitæ pericula experimus. Hanc ubi quis consecutus fuerit nulla habita vel Deorum vel legum reuerentia, non amplius is humanam formam animi retinebit, sed in ætèrrimam belluam vertetur.

*De Theseo.*

**ALTRA** ex parte difficultates & labores complures humanam vitā circumfilitunt, quas res nemo superare poterit nisi optimis & firmissimis sapientiæ institutis confirmatus: ad quod significandum Theseum tradiderunt

Gggg multos



## Mythologia

multos latrones & crudellissimos tyrannos obruncasse, ac labyrinthi fraudes aperuisse. erat enim labyrinthus vita hominum multis difficultatibus implicata, cum semper grauiore alia ex aliis oriantur, è quibus nemo nisi per singularem prudentiam & fortitudinem & constantiam se explicare poterit. has ipsas difficultates intra se continet ambitio, & auaritia, & libido, & omnia scelera, in quæ si quis semel ingrediatur, haud facile exitum inueniet. si quis verò singulari prudentia non existat, is labyrinthum scelerum aut cupiditatum semel ingressus ante ibi emoritur, quàm se expedire possit. quam turpium enim rerum voluptas sit parens, & quam calamitosarum, argumento fuit Terei libido.

### De Medusa.

VT quantopere opus sit constantia aduersus voluptates demonstrarent sapientes, Medusam omnium mulierum pulcherrimam effinxerunt, ob apparentem & ad se allicientem suauitatem. sed omnes ab illa in lapides cõuerti dixerunt à quibus visa fuisset, cum vel Mineræ templum violasset, quia voluptatibus dediti omnem deorum cultum paruifaciunt, omnisque humanitatis & officii iura conculcare pedibus consueuerunt, omnibusque honorificis rebus fiunt inutiles. alii superbiam & arrogantiam per hanc fabulam deprimendam putabant, quia cum dea certasset Medusa de capillorum pulchritudine, qui enim illis vitia laborant, & homines & Deos paruifaciunt, sic igitur refræmandam libidinem, & temeritatem & arrogantiam esse admonebant, quia horum vitiorum Deus est grauisissimus vltor. nam non modo capillos Medusa amisit, sed etiam Deorum consilio & opera missus fuit Perseus ad eam occidendam.

### De Gorgonibus.

QVONIAM vero dux dicuntur esse facultates animæ nostræ, altera rationis particeps, altera sine ratione: quæ rationis est compos, seniores nature Græcè dictæ sunt ab antiquis, prudentia scilicet quæ in rebus difficillimis præcipuè, & in rebus publicis est necessaria. at sorores harum sunt Gorgones voluptates dictæ, quæ homines implicant ac perimunt, à quibus Perseus sine grætarum auxilio se explicare non potuisset. cum enim ratio & cupiditas ex eodè animo nascantur, cupiditas rationi pareat necesse est, quare dictus est Perseus sine prudentia capto Grætarum oculo, consilio & auxilio Palladis illas superasse. at Physicè.

Dicuntur Gorgones esse aquæ maris filie, à fremitu dictæ. ad has sol diuinæ mentis minister contendit, idque Mineræ consilio, quia omnes actiones nature sunt pro diuina sapientia, cum Deus & natura nihil frustra agant. ob motus celeritatem huic Nympharum volucres calcæos tribuerunt, quia per omnia penetret. cum extenuet vapores ita vt videri non possint, habere dictus est galeam Plutonis, & ensẽ Mercurii. Medusam mortalem occidit Perseus, quia subtiliorem tantum aquæ partem attrahit, quæ supernat, quæque habilis est ad mutationem. cum vero admirabilis sit sapientia Dei, qui vires has soli attribuit, attonitus propè sit ad reliqua hæc humana negotia, qui cognitione & mente in hæc arcana nature opera penetrare valeat.

nam